



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

V. Lotio pedum. Pars 2.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

possimus, quo pacto Deum qui nunquam non adest, latere valeamus?) Oecumenius.

V.

*Lotio Pedum. Pars 2.*

1. **V**enit ergo ad Simonem Petrum, & dixit ei Petrus, Domine, Tu mihi lauas pedes? " Quid est Tu? & quid mihi? Cogitanda sunt potius quam dicenda, ne quod concipit anima, non explicet lingua.) Respondit Iesus, Quod ego facio, Tu nescis modò, scies autem postea. Verè ita est Domine: sed utinam vel postea sciam! id est, postquam in silentio ponderando & imitando conatus fuero aliquousque experiri. Tu enim per Prophetam dixisti de Iudiciis tuis: Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, dulciora super mel & fauum, enim seruus tuus custodit ea.

Beda hic.

Pl. 18.

2. Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum: & Christus, Si non la- uero Te, non habebis partem mecum. Si Apostoli eguerunt lotionem, quis mundus. Considera Beneficia lotionis, & ape- riendæ

riendæ Conscientiæ; animi quietem; securitatem in futurum; necessitatem, cum omnia Deo sint aperta; cum tandem sit reddenda ratio; item pericula & damna ex obscuro modo procedendi; & dic cum Petro, *Domine non tantum pedes, sed & manus & caput.* Exere pedes fidenter, & turpissimas sordes initio projice, ceterarum erit facilior abster- sio.

3. Dicit ei IESVS, *Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet; sed est mundus totus, & vos mundi estis, sed non omnes, scie- bat enim quisnam esset qui traderet eum.* Quis post culpas à Baptismo contra- ctas nouit an sit mundus totus? Igitur & Caput & manus, hoc est Intentio & opera continuò discutienda, mundanda, perficienda, & ad exemplum Christi conformanda.

4. Nam, *Postquam lauit pedes<sup>1</sup> eorum, accepit vestimenta sua, & cum recubuis- set iterum, dixit eis, <sup>2</sup> scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me Magister, & Domi- ne, & <sup>3</sup> bene dicitis, sum etenim. Si ergo <sup>4</sup> ego laui pedes<sup>5</sup> vestros Dominus & Ma- gister, & vos debetis alter<sup>6</sup> alterius lauare pedes.*

pedes. Exemplum enim dedi vobis ut quem-  
admodum ego feci vobis; ita & vos fa-  
ciatis.

## VI.

## Notatio Proditoris. Matth. 26. &amp;c.

1. **C**um hac dixisset IESVS turbatus est  
spiritu, & protestatus est, & dixit,  
Amen amen dico vobis, quia <sup>1</sup>unus ex <sup>4</sup>vo-  
bis tradet <sup>2</sup>me, qui <sup>3</sup>manducat mecum.  
Quam inexpectata, & quam acerba vox?  
vnde meritò <sup>7</sup>Contristati valde, <sup>8</sup>aspi-  
ciebant ad inuicem, haerentes de quo dice-  
ret, & <sup>9</sup>cœperunt singuli dicere, Numquid  
ego sum Domine? & <sup>10</sup>quarere inter se  
quis esset ex eis qui hoc facturum esset? Ex-  
pende singula, aduerte vultus, inspicere  
penitus animos, & Te.

2. Et Iudas qui tradidit eum, dixit,  
Numquid ego sum, Rabbi? O impuden-  
tia! ô fraus & simulatio! ô Christi mira  
patientia, & misericordia, & de aliorum  
defectibus taciturnitas! Erat ergo recum-  
bens <sup>1</sup>unus in sinu <sup>2</sup>IESV quem <sup>3</sup>dilige-  
bat IESVS: Innuit ergo huic Petrus, & di-  
xit ei, Quis est de quo dicit? &c. Respondit  
IESVS: